

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sortilegium et diuinatio e
cum fonte primo

Huius artes nugatorie uel
noxie superstitionis, ex quadam
pestifera societate hominum et
demonum quasi pactata infidelis et
dolose amicitie constituta, penitus sunt
repudiande et fugiende Christiano.

Augustinus libro I. de doctrina
Christiana.

Omnes igitur
artes huiusmodi uel nugatoriae uel
noxiae superstitionis ex quadam
pestifera societate hominum et
daemonum quasi pacta infidelis et
dolosae amicitiae constituta penitus sunt
repudianda et fugienda christiano,
Non quod idolum sit aliquid, ait
apostolus, sed quia quae immolant,
daemoniis immolant, et non deo; nolo
uos socios daemoniorum fieri.

Augustinus Hipponensis, *De doctrina
Christiana*, 2, 23 (CCSL 32, K.D. Daur
& J. Martin eds., p.58, ll.23-28).